



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1606. usque ad annum 1610

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1776**

**VD18 90118820**

§. 103. Ravillacus Sicarius quæstioni subjectus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67222](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67222)

caeleste solium transferre, huc veni, ut vobis coram exponerem, promptum paratumque me, vestris consiliis monitisque obtemperare, spe fretus, ut cum exemplis, monitisque vestris optimi Parentis mei instructus & mihi ipsi & vobis prodesse queam: nunc autem sine mora de iis rebus deliberate, quas meo jussu Cancellarius meus vobis expositurus est. His dictis Cancellarius ac supremæ Curiaë Præses actis Regi gratis conventum solverunt: Ab eo tempore summa rerum erat penes Conchinum natione Hetruscum, & Galigaiam ejus uxorem, Curia vero, seu ut vocant, *Parlamentum* haud absimile erat vasi pretioso, quod ad pompam & ostentationem quandoque extrahitur, finita autem festivitate reconditur; quippe ejus auctoritati nil aliud relictum videbatur, nisi condemnare libros, in quibus Pontificis auctoritas in Reges stabilita credebatur.

§. CIII.

*Ravallacus Sicarius quæstioni  
subjectus.*

Interim Franciscus Ravalliacus, ex-  
crandum hoc naturæ monstrum, ne-  
farius ille Regicida Joannino Præfidi  
aliisque quæstioni subjiendus traditur:  
Erat hic bipedum pessimus, patria En-  
golis-

Sæc. XVII.  
A. C. 1610.

*Mezer.  
tom. 7.  
pag. 616.  
Perefix. hist.  
Henr. Magn.*

Sæc. XVII. golismensis annos natus triginta duos,  
 A. C. 1610. *crine ruber sed atræ bilis fuligine infe-*  
 ctus, tristis ut plurimum, & qui vœla-  
 nus potius, emotæque mentis visus est,  
 quam ductu rationis agi solitus: ado-  
 lescens apud Fuliacenses cucullum in-  
 duerat, quo postea, priusquam tiroci-  
 nium finiret, ob dementiam exutus,  
 profanæ ac nimis licentiosæ vitæ ge-  
 nus resumpsit, atque integrum annum  
 in patria propter homicidii crimen in  
 carcere detentus est, inde vero libera-  
 tus primo literarium pueris ludum ape-  
 ruit, subinde autem forensibus etiam  
 libellis expediendis calamum locavit.  
 Biennio tandem ante Regis necem Pa-  
 risios se conferens, Regem ad bellum hæ-  
 reticis denuntiandum incitare decreve-  
 rat, mutata tamen animi sententia in  
 patriam reversus est: Priusquam vero  
 quæstioni subjiceretur, Pater Cotonus  
 Jesuita, cum jam vulgi rumores Socie-  
 tatem hujus cædis conscios insimula-  
 rent, ut ejus innocentia clarius pate-  
 ret, jussu Reginæ Parricidam in car-  
 cere convenit, eum sic allocutus: *ne-*  
*mo te ad accusandos innocentes adigit, sed*  
*ut verum aperias, omnes hortantur, nec mi-*  
*nus effugies sempiternum supplicium celan-*  
*dis reis, quam innocentibus accusandis. His*  
 perceptis scelestus ingemiscens, Sacer-  
 dotem, a quo abolveretur, petit:  
 Paulo-

*Hist. Soc.*  
*P. Juv. l. 12.*  
*p. 5. S. 85.*  
*Merc. Gal-*  
*ibelg. t. 6.*  
*l. 3. p. 540.*

Paulopost Joanninus Præses, Bullio-<sup>Sæc. XVII.</sup>  
 nius, & Lomenius Judices ad id depu-<sup>A. C. 1610.</sup>  
 tati Ravillacum de crimine suo inter-  
 rogant, quibus ille sine hæsitatione de-  
 lictum confessus respondit, quod a ne-  
 mine sollicitatus, cultro, quem in qua-  
 dam caupona abstulisset, Regem vul-  
 nerasset, diabolica suggestione expu-  
 gnatus: hujus autem facinoris per-  
 petrandi occasionem a Paschatis festo  
 quinquies incassum quæsiisset, nunc  
 vero lætaretur, tandem rem ex voto  
 successisse, de suo vero corpore parum  
 sollicitus esset, sed quod velint de eo  
 statuere, Judicibus liceret. Urgente  
 autem Præsede, ut fateretur, ecquis  
 tam nefandum consilium ipsi suggestis-  
 set? reposuit ille, hujus rei cognitionem  
 non ad ipsorum forum pertinere, se  
 vero id Sacerdoti sub Confessionis si-  
 gillo manifestaturum: Indignabantur  
 Satellites, quod suorum complicum  
 neminem manifestaret, hinc pollices  
 sclopeti rotulæ insertos cochleis arcta-  
 tis pressere, tanta doloris acerbitate,  
 ut revulsa cute nuda ossa aparerent, ille  
 vero Bellangrevilleum Regiæ Domus  
 Præfectum, cujus jussu cruciabatur,  
 Hugonottam appellitans, ex eo scicita-  
 batur, an ceteris Judicibus auctoritate  
 vel crudelitate prævaleret? cum autem  
 quosdam incredibile complices cogno-  
 scendâ

*Hist. Eccles. Tom. LIV.*

Kk

scendâ

Sæc. XVII. A. C. 1610. scendi desiderium inceseret, Lanius & Balbinus novos crudelitatis modos excogitabant, quorum acerbitate citra partium vitalium læsionem tortus, confcios manifestare cogeretur: id tamen non placuit Judicibus, qui duntaxat usitatis eum tormentis subjiciendum censebant: Ast ille in equuleum sublatus, ne vultum quidem mutabat: unde Judices veriti, ne obstinatio dolorum acerbiter vinceret, aut ipse iterato tormento moreretur, a quæstionibus impofterum abstinauerunt, judicantes, ipsum, postquam crimen jam factus esset, puniendum, non tamen de complicitibus ulterius quærendum esse. Igitur quicquid haud satianda hominum curiositas circa sceleris confcios inquietabat, aut malignitas adinvenerat, cuncta ad fabulas sunt rejicienda, certumque & indubitatum est, quod Ravallacus nullum alium habuerit complicem, nisi fanaticismum, atque ex eo conceptam in Regem rabiem, & relictum ex Ligistarum æstu furorem.

*P. Juven.*  
*l. 12. part. 5.*  
*S. 85.*

Nihilominus non pauci veterem in Jesuitas invidiam innovantes percepta Regis cæde, confestim non alios infandi sceleris inclamabant esse Authores, quam Societatis homines. Tentatum ab iis olim ope Joannis Castelli Regicidium, manu denique Ravalliaci fuisse peractum ajebant.

ajebant. Augebatur hujus suspicionis fama ex Judicum inquisitione in eos, quibuscum infelix ille sermonem contulisse dicebatur, inter quos duo erant Fratres Prædicatores, quibus Ravalliacus hanc se quæstionem proposuisse affirmabat: *an Confessarius valeat manifestare confessionem fatentis, se Regis cædem statuisse?* Hi vero quæsti aculeum præsentientes, eum ad P. Jacobum Dalbigneum Jesuitam remittebant, quocum captivus se nonnisi semel ante sex Menses de suis revelationibus, mentisque raptibus collocutum esse, eique cultrum fractum, in quo cordis, crucisque signum insculptum fuisset, ostendisse dicebat, additis his verbis: puto, quod Rex officio suo non satisfaciat, eoquod in Hugonottas animadvertere negligat, Dalbigneum autem respondisse, ut Deum exoraret, fumeretque ad depurgandum cerebrum Hellebori portionem. Hæc sceleratus iste, Dalbigneus vero vocatus, auditusque falsa ea, fictaque esse omnia pronuntiabat, ac insuper Servino Advocato clam insinuabat, quod, missio concionandi munere, se totum excipiendis confessionibus manciparit, hancque a Deo gratiam impetrasset, ut e vestigio omnia in Sacro Tribunali percepta suo in animo oblitterata essent. Vocatus

Sæc. XVII.  
A. C. 1610.

Joan. Ser-  
res Franc.  
Hist. p 877.  
Abregé de  
l'hist. Eccles.  
t. 10. art. 3.  
Sæc. XVII.

Sæc. XVII. sæpius in iudicium, demum vero suspi-  
 A. C. 1610. cione solutus & periculo, liber dimissus  
 est. Nec tamen propterea cessabat cal-  
 umniantium libido, & quidem unus  
 ex Iudicibus nomine Lomenius in ple-  
 no Senatu Patri Cotono objectare non  
 dubitabat, quod ipse, ejusque Societas  
 Regem trucidasset: Afferebant alii,  
 quod Pater Lagona Neapolitanus Jesuita  
 hujus Principis mortem jam ante ali-  
 quot Menses prænuntiasset, & Pater  
 Hærdi in quadam Concione verni je-  
 junii tempore in Sancti Severini habita-  
 de arcanis Henrici consiliis differens  
 hæc protulisset verba: *Reges ingentes,*  
*quibus terrorem incutiant, thesauros con-*  
*gregant, sed pro Rege ad incitas redigen-*  
*do non nisi unico pedite opus est (\*).* Non  
 deerant alii malevoli, qui tum in vul-  
 gus spargerent, quod quindecim die-  
 bus ante Regis necem Bruxellis & Pra-  
 gæ de ea jam mentio fuerit facta, ac  
 ex Jesuitis nonnulli in Francia seditio-  
 sos pronuntiasset sermones, quibus  
 assidue Ravalliacus interfuisset. Verum  
 ut res se habuerit, omnino indubita-  
 tum est, quod nequissimus iste Parri-  
 cida

(\*) Alludebat hic Jesuita (si tamen huic  
 narrationi fides veritasque constet) ad La-  
 trunculorum lusum, Schachspiel, in quo pe-  
 ditæ Regem tenere & vincere possunt.

cida ad extremum usque halitum de Sæc. XVII.  
 complicibus nullam omnino mentionem A. C. 1610.  
 fecerit.

§. CIV.

*Extremum Ravalliaci supplicium.*

Ut autem justitiæ per Regis cædem *Memoir.*  
 gravissime læsæ satisfieret, decre- *secret.*  
 tum est, vitam Parricidæ tormentis *part. II.*  
 ac morti offerre, velut victimam, vilem *pag. 186.*  
 quidem, & abjectam, sed qua melio-  
 rem aut succidaneam justitia non ad-  
 mitteret, nisi tantum scelus cumulari,  
 nec expiari vellet. Interim die deci-  
 ma octava Maji denuo de complicibus  
 interrogatus interposita etiam juramenti  
 religione, sæpius quoque crudelissime  
 tortus, constanter profitebatur, quod ad  
 hoc crimen sola prava sua voluntate &  
 clamoribus militum fuerit incitatus,  
 dicentium, quod etsi Rex Ecclesiam &  
 Pontificem debellare intenderet, ipsi pro  
 Rege mori parati essent: perversum au-  
 tem suum propositum nec Parochis nec  
 ulli Sacerdoti manifestare voluerit,  
 persuasus, quod hi ejusmodi crimen  
 pro publica Regni salute manifestare  
 fuissent obstricti, proin ipse ob solam  
 necandi voluntatem extremum subiif-  
 set supplicium: *si autem quiscunque ad-*  
*debat reus, demum mei propositi complex*  
 K k 3 *fuiisset,*